Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8336
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



bria et uerbera · expti · insup et uincula · et carceres · lapidati sunt ·
secti sunt · temptati sunt · in occisione gladii mortui sunt · Cir-
cuierunt in melotis · in pellibus caprinis · egentes · angustiati ·
afflicti · quibus dignus non erat mundus · in solitudinibus erra-
ntes et montibus · et speluncis · et in cauernis terre · Et hii omnes
testimonio fidei pbati inuenti sunt · in xpo iesu domino nostro ·
In illo t. Dixit ie. dis. s. Ecce ego S. Mathm.
mitto uos · sicut oues in medio luporum · Estote g prudentes
sicut serpentes · et simplices sicut columbe · Cauete autem ab
hominibus · Tradent em uos in conciliis · et in synagogis suis ·
flagellabunt uos · Et ad presides et reges ducemini ppter me ·
in testimonium illis et gentibus · Cum autem tradent uos · no-
lite cogitare quom aut quid loquamini · Dabitur em uobis
in illa hora · quid loquamini · Non em uos estis qui loquimini ·
sed spiritus patris uestri qui loquitur in uobis · Tradet autem
frater fratrem in mortem · et pater filiu · et insurgent filii in
parentes · et morte eos afficient · Et eritis odio omnibus ·
propter nomen meum · Qui autem perseuerauerit usq in fi-
nem · hic saluus erit · S. Marcu.
In illo t. Cum egrederetur iesus de templo · ait illi unus ex disci-
pulis suis · Magister · aspice quales lapides · et quales structu-
re · Et respondens iesus · ait illi · Uides has omnes magnas edi-
ficationes · Non relinquetur lapis sup lapidem · qui n destrua-
tur · Et cum sederet in monte oliuarum contra templum · interro-
gabant eum separatim petrus · et iacobus · et iohannes · et andreas ·
Dic nobis · Quando ista fient · Et quod signu erit quando hec
oma incipient consummari · Et respondens iesus · cepit dicere
illis · Uidete ne quis uos seducat · Multi em uenient in nomine
meo dicentes · quia ego sum · et multos seducent · Cu audieritis
autem bella et opiniones bellorum · ne timueritis · Oportet em
fieri · sed non dum finis · Exsurget au gens sup gentem · et